



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Schisma sub Edwardo & Elizabetha declinat in haeresim. n.5.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

## P RÆFAT I O.

( quod pallium vocant ) conferenda : neque solum pecunia in cameram  
 Henricus Apostolicam importatio, quacumque de causa spirituali, interdicitur, sed  
 se dicit Ca. Et gratia cuiusvis, aut licentia impreatio. Anno denique tri-  
 put Eccle- gesimo quarto, ijsdem publicis regni Comitijs tribuitur Regi non nomen  
 Angli- cane. Anno 26. inane (ut aiebant) sed cum nomine, honor, dignitas, Priuilegia, Au-  
 toritas, prouentus supremi in terris Capitis Ecclesiæ Anglicanæ, imme-  
 diate sub Deo, & Christo Iesu, cum potestate visitandi, cum opus esset,  
 An. Henri aut liberet, Et quosvis errores, aut hereses, seu Cleri seu Populi, corri-  
 ci 31. c. 1. gendi. Pro cuius potestatis executione, non ita multo post constitutus est  
 Regis Vicarius Generalis in Causis Ecclesiasticis, Thomas Cromwellus,  
 homo Laicus, Et humili, ut ferunt, loco natus, cum priuilegio precedendi ip-  
 sum Cantuariensem Archiepiscopum regni Primate in publicis confessibus.

*Sicut in  
repugnat-  
tes.*

**V I.** Inde sauitum in Religiosos & doctos omnes, qui summam  
 in Ecclesiasticis Auctoritatem Regi negarent. Familia Religiose dissipatæ  
 edes dirutæ, bona primum Regis addicta erario, tum donatione, ven-  
 ditione, commutatione dispersa, atque in manus priuatorum deriuata.  
 Quindecim Superiorum Monasteriorum constantiam in Justinenda summi Pon-  
 tificis Prerogativa ultimo lucrunt supplico. Monachi ad aliorum terrorem  
 supra quinquaginta fame, pædore carcerum, suspendio perire: totidem fere  
 eruditæ Sacerdotes; præter duo orbis lumina, Ioannem Fisherum Episco-  
 sum Roffensem, & Thomam Morum, non ita pridem Regni Cancellerium.  
 Neque Calites fuere immunes: Thomas Cantuariensis Episcopus (quem an-  
 nis prope quadringentis coluerant Martyrem) in ius vocatus, Regie Ma-  
 jestatis lese condemnatus, Et exsul, ne quidem locum deinde tenere po-  
 tut in indice quocumq; Sanctorum; ut nemini mirum videri debeat Papæ ap-  
 pellationem ex omnibus libris inscriptionibusq; sublatam: quanquam non  
 sine admiratione cogitari potest, paucissimis annis tam atrocia, non solum  
 in Catholicè sentientes à nuperrime tam Catholicico Rege admissa esse fa-  
 cinora, sed paria Hereticis in loca sacra diuosq; scelera esse perpetrata;  
 atque eum Regem qui Lutherū tam primum erigentem cornua, eiusque  
 fatum edito doctissimo Commentario, proscriptisset, Lutheri prolem alte-  
 ram fouisse, fructus doctrinae adamasse: sed quid non mortalia peccora co-  
 git, Auri, luxus, vindictæ famæ?

*Edwardus  
idem ius  
Capitis af-  
sumit.*

**V.** Iam Schisma heresi strauerat viam, & que a capite diuisa  
 erant membra sanie hauferant; quam sublato Henrico ij qui nouenem  
 filium Edwardum, Regni Heredem, sub tutela habebant, longè latèque  
 sparserunt; Prima cura fuit dignitatem Capitis Ecclesiæ Anglicanæ, quam  
 Henricus assumserat, in Rege puero tueri. Eo ex capite confessim lege latè  
 dicitur electio Episcorum, non iam ad capitula, Rege consentiente, sed  
 ad Regem solum pertinere, Episcopos nihil debere suo, sed Regis nomine  
 cuncta iubere: Regis Insignia suis quemque oportere sigillis inscribere:  
 lese Majestatis crimen fore scripto afferere vel Regem non esse, vel Pon-  
 tificem

## P R A E F A T I O .

titicem esse caput Ecclesie. Tum anno altero, Regis auctoritate, Sacrosancto Missæ Sacrificio, & consueta in Ecclesiis precādi formā alolitis, noua institutur vulgarī idiomate; supprimuntur libri antiquorū rituum, tolluntur Christi Sanctorumque imagines, formatur aliud corpus Iuris Ecclesiastici, alij ritus Episcopos, reliquosq; Ecclesiæ Ministros initiandi, & conferendi Sacramenta.

**V I.** Videbatur his adminiculis Hæresis obtinuisse, cum defuncto Edwardo Maria Filia Catharinæ (quam & prolem ex ea suscepitam Heinrichus repudiarat tanquam illegitimas) communi ordinum voto agnoscitur Maria regis  
stituit. Regina. Hæc a matre Catholica Catholicis imbuta moribus, fidem ritusq; antiquos conatur restituere: Itaque antiquatis legibus ab Henrico & Edwardo dictis, quæ Religioni aduersabantur, summi Pontificis auctoritas, potestas Episcorum, Cleri populiq;e distinctionis suis locis reponuntur. Felix conatus fôperi corroborando dies non desuisset: Vno anno minus Edwardo vixit. Elizabetha vero, Filia Bolenæ, vix tribus mensibus post Mariam regnauerat, cum appellationem capitis Ecclesia Angl canæ, quæ Mulier, declinans, potestatem Capitis curauit fili per ordines Regni confirmari, & Instrumento proposito stabiliti, dicta supra Gubernatrix in spiritualibus eque ac in temporalibus: eo fine ut quibus auspicijs regnum, h̄jdem non in temporalia modo, ut ceteri regum, sed in spiritualia omnia potestatem adepta Anne regis  
c. 1. eſe crederetur, utq; nihil sine politica, seu Ecclesiastice Auctoritatis cuiquam inefset, nihil in quem à Regina per patentes literas illa dimanaret. Elizabethæ  
reassumit.

**V II.** Id eriam conatu præcipuo agebatur, ut per uniuersum Regnum vulgaretur, prorsus nihil potestatis eſe Jammo Pontifici in quenq;nam Regina subditum, quamdui is intra Anglia fines se contineret: Nat enim ex Matrimonio per Pontificem reprobato persuadebatur, & ipsum Regnanti semper fore infensum tanquam illegitima, & à nemine subditorum sperari posse certam indubitatemq; fidē qui Pontifici, hoc est, uti credebatur, inimicæ potestati non renuniatabat. Hinc anno quinto Regni edicitur multælandus omnibus facultatibus & perpetuo carcere, quicunque verbo, aut scripto aut actione quapā assereret Pontificis auctoritatem quam olim in Anglia habuerat: Anno vero 13. & viigimo tertio leja Majestatis eius, qui rescriptum quodvis Pontificium obtinuisse, siue ad lapsos Ecclesiæ Catolice restituendos, siue alia quampiam de causa; vel qui subditum Regina aliquem sedi Apostolice conciliaſſet.

**VIII.** Et quoniā sacerdotes in Seminarij transmarinis educati, atque Et profecti  
bit Sacer-  
tes. ritè iniciati, habebantur potestatis Pontificia præcipui assertores & ij maximè qui Societati Iclu nomen dederant, hi varijs ab initio agitati calumnijs & inquisitionibus, anno vigeſimo septimo regni, nouo edicto proscribuntur; si non exularent, aut si simel exiles redirent, aut si qui noui aduenient, non alia conditione censiendi quam Prodigiorum. Itaque annis quadraginta quibus ad clauum sedit Elizabetha, vix credi potest quantum effusum est innoxij sanguinis, quot questionibus exerciti, quantis molestijs vexati finit omnium ordinum Catolici, dum summi Pontificis auctoritas ubique habetur